



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Sacrum Oratorium Piarum Imaginum Immaculatæ Mariæ Et Animæ Creatæ Ac Baptismo, Poenitentia Et Eucharistia Innovatæ: Ars Nova Bene Vivendi Et Moriendi**

**Bivero, Pedro de**

**Antverpiæ, 1634**

De septem miraculis Eucharistiæ, & Virginitatis Marianæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-47965](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-47965)

*Et aethiorem deiecit in mare.* Hoc gloriosum Ca-  
cum edicit soror Moyſis, & Aaron poſt exitum  
Ægypto, Maria, quod noua Maria aſſumpta  
exitum ſuſtulum de mundo in cæleſti introitu  
rat. Dum illa antiqua Maria duceret chorum,  
Sion modulantem ſequebantur, & dum cæleſti  
MARIA modulatur, concinunt virgines Eucharis-  
tæ palmis & lauris ornata & decorata. Canunt  
riam Domino & Dominæ, cuius virginittis ſig-  
culum conſonat myſterio fidei, cuius corona ſig-  
rum duodecim cum duodecim fructibus Eucharis-  
tæ reſpondentibus, duodecim Spiritus ſancti  
ctibus miram habet conſonantiam.

Attende Eucharistiæ, & virginittis  
concentum.

Conſonantia mirabilis Eucharistiæ  
virginitate miranda Aſſumptæ MARIA

**M**irabilis Eucharistia eſt, mirabilis quoque  
ginittas, in qua ſeptem miracula, que  
rum in modum in admirabili Sacramento reſpon-  
dent, clarè ſatis elucent. Septem mundi miracula  
quæ profanis Scriptoribus celebrantur, obſcuro  
ignobilia ſunt; quæ in Eucharistia & Mariana

ginitate coruscant, præclara, splendida, fulgidaque  
 procedunt: *Memoriam fecit mirabilium suorum, misericors & miserator Dominus: escam dedit timentibus se.* Psal. 118, 4

## I.

Primum miraculum Eucharistiæ illud est, ut Mirò mul-  
tiplicatus  
Euchari-  
stia. cum Sacerdos verba consecrationis super hostia pronuntiauerit, in ea verum Corpus CHRISTI existat, quod ex utero purissimæ Virginis exiit: & simul atque Sacerdos consecratoria verba super calicem protulerit, illic verus & pretiosus CHRISTI Sanguis conficiatur. Et quamuis tot millia Missarum in toto mundo celebrentur, illo ipso momento quo Sacerdos verba Consecrationis absoluit, hanc mirabilem Deus efficit conuersionem, & in earum singulis realiter & verè est Seruatoris nostri Corpus & Sanguis, & in vno & altero vnus & idem CHRISTVS est. Cum Deus factus est homo, diuinitas diuini Verbi, quæ per suam immensitatem præsens vbique est, attemperauit se sacrosanctæ humanitati, ut ibi esset, vbi eius humanitas foret. Hinc factum est, ut Deus homo loco vno contineretur, nec alibi resideret mores suæ accipiens humanitatis: cuius officium rependens in Consecratione, Diuinitas efficit, ut more ipsius Corpus & Sanguis CHRISTI non in vno loco solum, sed etiam in plurimis partibus orbis,

vbi sacrificium celebratur, & sacra Communio  
mitur, inueniantur.

*Mirā mul-  
tiplicata  
virginitas  
Mariæ.*

Hoc ipsum miraculum resplendet in virgini-  
te, quæ cum vnica & singularis foret in gloriosis-  
sima MARIA, cuius puritas longè lateque patet per  
tam Ecclesiam Dei, quæ tota quanta est, virgo  
veluti scribit Apostolus ad Ephesios cap. 5, 25. *diligite vxores vestras, sicut & CHRISTVS dilexit Ec-  
clesiam, & seipsum tradidit pro ea, vt illam sanctificaret  
mundans lauacro aquæ in verbo vite, vt exhiberet vobis  
ibi gloriosam Ecclesiam, non habentem maculam, aut  
maculam, aut aliquid huiusmodi, vt sit sancta & immacu-  
lata.* In hanc eandem sententiam scribit Apostolus  
2. Corinth. II, 2. *Amulor vos. Despondi enim vt  
viro virginem castam exhibere CHRISTO.* Ex vna  
MARIAE virginitate, cuius *vita inclyta cunctas illustrat  
ecclesias, tota earum puritas, quæ vna vbique est, &  
diuersa, promanauit. Eadem virginitas in omnibus  
Ecclesiis fulget, sicut eadem est Eucharistia, quæ  
in illis immolatur Deo, ac sumitur.*

## II.

*Mirā Chri-  
stus sub ac-  
cidentibus  
ponitur.*

Secundum miraculum, quod in Eucharistia  
tratur, est illud, quod post verba consecrationis  
nec panis nec vinum maneat, sed Caro & Sangui-  
Christi sub accidentibus panis & vini constituantur.

indicantibus aliter sensibus, visu, tactu, gustu, & olfactu, quorum indicio se fides Catholica opponit.

Hoc ipsum mirabile virginitas **MARIAE** patra-<sup>Mirè incarnatur ex Virgine. Luc. 1, 38.</sup> uit, cum protulit: *Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum.* Tunc temporis partes Sacerdotis egit, & simul altaris. **MARIAM** Sacerdotem *voco simul & altare,* ait Homilia de eius Laudibus Epiphanius. Et quidem Sacerdotali munere functa est, cum verbo concepit Filium, panem caelestem ac viuum. *Hic est panis, qui de caelo descendit,* ipse de se loquitur, <sup>Ioan. 6, 59.</sup> & pro se, *Ego sum panis viuus.* Hunc panem è caelis <sup>Ioan. 6, 51.</sup> missum in sacrosancto viscerum suorum altari **MARIA** accepit & coluit, & in eodem **CHRISTVS** mundum istum ingrediens se obtulit aeterno Patri, sic testante ac confirmante Paulo Apostolo cap. 10, 5. <sup>Psal. 39, 7.</sup> *Hebraeor. Ideò ingrediens in mundum dicit: Hostiam, & oblationem noluisi, corpus autem adaptasti mihi; holocausta pro peccato non tibi placuerunt. Tunc dixi: Ecce venio; ut faciam, Deus, voluntatem tuam. Aufert primum, ut sequens statuatur. Aufert cetera Sacrificia, ut se vnam victimam hostiamque constituat, quemadmodum in consecratione panis & vini eorum substantiam tollit, ut eorum loco Caro & Sanguis pretiosus accedat & succedat.*

## III.

*Mirò stant  
acc. d. in  
in Eucha-  
ristia.*

Est & aliud quod elucet in Eucharistia, in quo præter rerum omnium naturalem ordinem acciden-  
riam, panis & vini accidentia, quæ per se subsiste-  
nequeunt, destructa panis ac vini substantia, præ  
miraculum quasi in aëre pendentia sustentantur.  
Pendent in aëre nubes, quarum instar accidenti-  
riæ formæ remanent in Eucharistia, ubi latibet  
suum CHRISTVS posuit, & sub sacra accidenti-  
per se stantium nube occultatur & latet.

*Mirò ser-  
ma serui-  
tutis in  
Christo.*

Hoc idem miraculum præcesserat iam in Virgine  
de qua olim Isaias c. 19, 1. prophetarat: *Ecce Dominus  
ascendet super nubem leuem, & ingreditur Ægyptum  
& commouebuntur simulacra Ægypti à facie eius, &  
Ægypti tabescet in medio eius.* Ascendit super nubem  
leuem, cum Deus suscepit carnem. Cum in forma  
esset, non rapinam arbitratus est se esse equalem Deo,  
seipsum exinaniuit, formam serui accipiens, & habitum  
uentus vt homo. Forma Dei, diuinitas est, cuius  
inerat nec inhærebat seruitus creaturæ, cum  
ipsa creatrix, sed species per se stabat seruitutis  
ram forma Dei, quam tegebat & occultabat, &  
seruiebat & obsequabatur, ac proinde habitu  
tus vt homo scribitur & describitur. Habitus quidem  
humanus vtrumque hoc præstat officium, vt quæ

riat & seruiat, & humanitas tegumentum & obsequium exhibet diuinitati, quæ duo munia obeunt & exercent accidentiâ in Sacramento altaris. Ascendit quoque super nubem leuem Deus, quatenus elegit Virginem matrem, & in eius sacrosancto utero latere dignatus est. Delituit sic CHRISTVS in Virgine, sicut & idem ipse in altaris Hostia delitescit. Postquam Virgo vices Sacerdotales gerens, verbo concepit Filium, sub signis conceptionis ita zelatus est panis ille cælestis, vt vel ipsum sanctum Iosephum prorsus lateret, donec in somnis diuinitus monitus est: *Ioseph fili David, noli timere accipere* Matth. 1, 20. *MARIAM coniugem tuam: quod enim in ea natum est, de Spiritu sancto est.* Cùm diuinum hoc oraculum accepit Iosephus, oriebantur sensus, visus, odoratus, & tactus, solus vnus auditus negotiabatur, quia *fides* Rom. 10, 17. *ex auditu*, quemadmodum definit Paulus. Oportebat ita fieri, vt mysterium fidei, quod sub signis humanæ conceptionis tegebatur, crederetur, mouereturque in posterum vnusquisque fidelium, cùm illud ipsum celebraretur in Eucharistia.

*Quod non capis, quod non vides*

*Animosa firmat fides,*

*Præter rerum ordinem.*

*Sub diuersis speciebus*

*Signis*

*Signis tantum, & non rebus  
datent res eximia.*

## IV.

*Mira trās-  
substan-  
tatio.*

Est & aliud mirandum quod in venerando sacramento patrat, dum, præter omnem lectionem conuersionum naturalium, tota panis substantia totum Christi Corpus, & tota substantia vini conuertitur in pretiosum eius Sanguinem. In ceteris aliis conuersionibus mutatur forma, manet tamen materia, dum terra in aurum, & aqua in crystallum transmigrat. Hæc conuersio ac transmutatio mira ac rara est, ut nouo *transsubstantiationis* uocabulo signetur & explicetur.

*Mira In-  
uentionis.*

Hoc idem miraculum sibi vendicat Mariæ Virginitas, cuius laus & gloria hæc est, ut eadem conueniens materia, quam Deus ex eius utero uirginali conceptus est, consecratur in Eucharistia, ne quia ea sit quod non redoleat & sapiat maternam uirginitatem. Cedunt materiæ uirginali panis & uini substantiæ, in quarum generatione & productione non solum terra occupatur, sed etiam opera & industria hominis negotiatur. Homo est qui plantat uineta, fodit terram, putat uitem, racemos legit, uinum exprimit. Homo est qui terram arat, ferit, metit, panem conficit. Panis cælestis est alius, aliud est

num pretiosum ac generosum Sanguinis CHRISTI, quos fetus ac fructus, sine vlla opera & industria externa virili, terra virginalis tulit. *Hunc corporis panem, ut ait Nyssenius lib. de Vita Moys. non aratio, non satio, non agricolarum opus efficit. Virgo intabta permansit, & tamen terra pane plena fuit, quo famescientes mysterium Virginis perdocti facile saturantur.* Facessant ergo substantiæ panis & vini, opera manuum hominum: cedant Virginis mysterio, in quo nec manus nec industria humana quidquam sibi adscribere potest. Quod si virginitas claustrum amat & clausuram, nec mysterio virginali tantus ornatus desit, remaneant panis & vini accidentia, quibus tantum puritatis Sacramentum claudatur & obtegatur. Capiuntur, & simul tanguntur accidentia, carne intacta, & Sanguine CHRISTI illibato, ut intactæ & illibatæ virginis MARIAE hoc esse mysterium pateat.

V.

Satis quoque mirabile est totum CHRISTVM sub accidentibus panis contineri, & similiter ipsum totum sub vini formis accidentariis virtute consecrationis collocari:

*Mirè totus CHRISTVS in hostia, & totus in calice.*

*Caro cibus, sanguis potus,*

*Manet CHRISTVS tamen totus*

*Sub vtraque specie.*

Kkkk

Li-

Lilium candidum est, & in eius medio color aureus ac rubicundus emicat. Et quidem Sacramentum caritatis mysticum lilium est, cum in Psalmum illud dicit Ambrosius: *Bona pascha, diuina Sacramenta sunt. Carpis illic lilium, in quo est splendor eternitatis.* Hoc lilium candicat in Hostia, in Sanguine Christi rubet.

*Simile miraculum virginitatis*

Quis non videat liliatam esse virginitatem, quae candicat in corpore mundo, rubet in sanguine christi. Ea propter cum virginitas Mariana caelestem panem accepit & concepit, liliis ornatur ac decoratur. Lilium, ut ait Augustinus Serm. 1. de Assumptione, *flores reliquos candore nimij nitoris praecellit, & in re nihilominus iucunditatis praepollet. Unde satis congrue virgineo assimilatur decori. Iste namque flos alius ortus ex tellure sustollitur, ac reportandus ad arborem aperitur: a foris quoque nimis candidus, intus roris humore nilo flammescit aspectu, habens praeterea quasi quaedam permanentem in medio flosculum.* Mariana virginitas ante Incarnationem candicat, tota rubet tempore Incarnationis, & post incarnati Verbi partum in se habuit in perpetuum florem. MARIA quippe mater in perpetuo virgo. Respondet ergo MARIA sacro flos charitatis lilio, quod niuem in Hostia est, & calicem in calice; nec unquam marcescit, sed floret.

perpetuo, cum dicat CHRISTVS; Ecce ego vobiscum Matth. 28, 20.  
 sum usque ad consummationem seculi.

V I.

Mirabile mysterium est, quod licet panis & vini Miraculum  
 accidentia diuidantur & separentur tam in Hostia CHRISTVS in-  
 quam in calice, CHRISTVS non diuidatur nec se- diuisus.  
 paratur, sed integer in qualibet particula maneat.  
 Exclamat propterea Hieronymus apud Euseb. O hu-  
 manorum illuso sensuum! Franguntur illa, que humanis  
 sensibus in te videntur accidentia: & tamen nec corrup-  
 peris, nec frangeris. Te dentes videntur masticare velut  
 panem materiale, & tamen nunquam masticaris; per-  
 fectus & integer sub qualibet, quantumcumque minima,  
 contineris particula. Consonat dictis Ecclesia, dum  
 canit:

V I V.

*A sumentē non concisus,  
 Non confractus, non diuisus,  
 Integer accipitur.  
 Nulla rei fit scissura,  
 Signi tantum fit fractura.*

Lex connubialis est illa, quam 1. Corinth. 7, 33. Miracu-  
 lum indi-  
 uisa virgi-  
 nitatis.  
 promulgat Apostolus: Qui cum vxore est, sollicitus est  
 que sunt mundi, quomodo placeat uxori, & diuisus est.  
 Que autem nupta est, cogitat que sunt mundi, quomodo  
 placeat viro. Nupta erat D. Iosepho MARIA, & sa-



cro matrimonij iure cogitabat quomodo viro  
 placeret, ac proinde diuisioni subiacebat, ita  
 men, vt adhuc coniugata, omnino integra  
 Perfecta coniux, perfecta virgo, cuius nobilitatem  
 conditionem ibidem scribit & prescribit Paulus  
*Mulier innupta & virgo cogitat que Domini sunt  
 sit sancta corpore & spiritu.* Sancta corpore & spiritu  
 MARIA erat, licet coniux esset, & ostendit in  
 sione coniugali, more Eucharistiae, posse seruare  
 tegratam virginalem. Hoc enim exemplo, ait Augu-  
 stinus lib. 2. de Consensu Euang. cap. 1. *magnifici-  
 sinuatur fidelibus coniugatis, etiam seruata pari  
 continentia, posse permanere vocarique coniugium,  
 permixto corporis sexu, sed custodito mentis affectu.*

## VII.

*Mirè clau-  
 ditur  
 CHRIS-  
 TUS in  
 Euchari-  
 stia.*

Accedit dictis septimum illud Eucharistiae  
 culum, quod Deum, qui sua maiestate & immen-  
 sitate continet omnia, nec rerum omnium amb-  
 continetur, sub accidentibus panis & vini con-  
 tuatur virtute Consecrationis & concludatur. De  
 aliqua inter se coniuncta sunt, vbi vnum est,  
 rum esse necesse est. Cum ergo Corpori & Sanguini  
 Christi Diuinitas iuncta sit, necessarium omnino  
 est, vt & illa tam in Hostia quam in calice Corpore  
 & Sanguinem suum comitetur.

Septimum hoc miraculum recognoscit Catholica Ecclesia in Regina cæli MARIA, dum ait: *Sancta & immaculata virginitas, quibus te laudibus efferram nescio: quia quem cæli capere non poterant, tuo gremio contulisti.* Contulit gremio suo, quem continent accidentia, & nos ipsi continemus, cum percipimus Eucharistiam. Hæc est mirabilis femina, quam Sole amictam nobis describit Ioannes Euangelista. *Mulier amicta Sole, sacra MARIA est.* Totum illum ipsa recepit in se instar purissimi speculi, quod à Sole irradiatur, & irradiatum redditur totum solare, qualis & Virgo est, cum sit illa *electa ut sol.* Mulier amicta Sole Lunam sub pedibus habet, Lunam scilicet quæ subiacet defectioni & mutationi, quibus Virgo obnoxia non extitit: quapropter pedibus illam terit. Assumpta in cælum hæc MARIA est, quæ duodecim stellis redimitur ac coronatur, & totidem quidem sunt Spiritus sancti fructus, & totidem sunt effectus sacre Eucharistiæ, quibus duodecim stellæ ornantes caput virginicum mirabiliter respondent.

*Mirè in  
viro MA-  
RIAE.*

*Apoc. 12, 1*

*Cant. 5, 8.*

*Gloriosi  
fructus sa-  
cra Com-  
munionis.*